



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et  
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ  
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij  
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

**Barbosa, Agostinho**

**Venetiis, 1643**

13. Episcopi locorum componant lites præcedentiæ inter Regulares, omni appellatione remota. Et vocati ad processiones accedant omnes, etiam exempti Clerici tam seculares, quàm Regulares.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14108**



*Episcopi locorum componant lites precedentia inter Regulares, omni appellatione remota.  
Et vocati ad processiones accedant omnes, etiam exempti clerici  
tam seculares, quam Regulares,*

C A P V T XIII

- 1 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Episcopi præcedunt iuxta tempus ordinationis.
- 3 Commendatarij in Concilijs quo loco sedere debeant.
- 4 Societas sanctissimi Sacramenti in omnibus actibus diei festi corporis Christi præcedere debet.
- 5 Collegiata insignis ab eius erectione præcedit alijs Collegiatis quamvis antiquioribus.
- 6 Minores de Observantia & Jesuati quomodo procedant.
- 7 Controuersias ortas super præcedentijs inter Regulares ipsos componit Episcopus quando ex ipsis controuersus sequitur scandalum.
- 8 Episcopus controuersias de præcedentijs omni appellatione remota componit.
- 9 Quoad effectum suspensiuum duntaxat.
- 10 Breui manu, summarie, & de plano.
- 11 Consuetudo loci attenditur in præcedentijs.
- 12 Etiam si consuetudo iuri repugnet.
- 13 Possessio etiam contra ius est manutenibilis, quando est alicuius temporis considerabilis.
- 14 Possessio præcedentia debet attendi tam in publicis, quam in priuatis processionibus.
- 15 Confraternitates antiquiores, & que prius sacris vsa fuerint, deficiente consuetudine sunt præferendæ.
- 16 Episcopus quarumcunque Confraternitatum etiam laicorum controuersias componere potest.
- 17 Exempti omnes tam seculares, quam Regulares quicumque etiam Monachi ad accedendum ad publicas processiones compelli possunt.
- 18 Regulares quantumvis exempti tenentur accedere ad omnes & quascunque processiones publicas, & consuetas.
- 19 Regulares, qui non accedunt ad processiones ab Episcopo indictas, ab ipso puniri possunt per censuras.
- 20 Regulares degentes in monasterijs, que per dimidium milliare distant à ciuitate, non tenentur accedere ad processiones.
- 21 Sacerdotes Religionis Hierosol. inseruientes Ecclesijs vocari & compelli possunt ad processiones.
- 22 Clerici omnes diocesis quantumvis exempti etiam beneficia simplicia in diocesi obtinentes possunt per Episcopum compelli ad processiones.
- 23 Episcopus potest cogere Canonicos, & alios Presbyteros beneficia, vel officia Ecclesiastica obtinentes ut accedant ad publicas processiones.
- 24 Illi qui sunt nullius diocesis, non comprehenduntur sub hoc decreto.
- 25 Degentes extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem, non comprehenduntur sub hoc decreto.
- 26 Confraternitates laicorum inuitari, non autem compelli possunt ut vadant ad processiones.
- 27 Confratres ad conueniendum solitis processionibus compellere potest Episcopus sub pænis arbitrio illius.
- 28 Confraternitates possunt compelli accedere ad processiones præcedente monitione, & à penis in principio abstinendum.
- 29 Fratres Prædicatores in processione faciendâ per ipsos Dominica infra octauam Corporis Christi debent manuteneri ab Episcopo.
- 30 Monachus curam animarum exercens cogitur ire ad processiones.
- 31 Fratribus non licet Feria V. in Cæna Domini, nec in festo Corporis Christi facere processionem cum sanctissimo Sacramento.
- 32 Monachi sanctissimæ Trinitatis Cauen. non possunt cogi ad processiones.
- 33 Societatis Iesu Religiosi & personæ, ad processiones accedere non cogantur.
- 34 Clerici Regulares Matris Dei scholarum piarum sunt exempti ab accessu ad processiones.
- 35 Episcopus est manutenendus in possessione cogendi confratres laicos accedere ad processiones.
- 36 Episcopus potest præcipere Regularibus in sua diocesi commorantibus ut eant ad processiones publicas.
- 37 Beneficiati non tenentur nisi ad eas processiones, ad quas reliqui omnes tenentur accedere.
- 38 Clerici seculares in fundatione Ecclesiæ exempti à iurisdictione Ordinarij possunt ab eo compelli accedere ad processiones.
- 39 Processionibus interesse compellendi non sunt ab Episcopo Sacerdotes nullum officium, aut beneficium habentes.
- 40 Processiones publicæ quæ dicantur.
- 41 Processiones dirigendæ sunt, quo voluerit Episcopus cum consilio Capituli.
- 42 Processiones edicere, decernere, dirigere, atque deducere Episcopi est cum consilio tantum Capituli.
- 43 Processiones dirigere, & eas determinare, quæ non sunt de iure, spectat ad Episcopum.
- 44 Processiones dirigere pertinet ad Episcopum non obstante etiam immemorabili consuetudine.
- 45 Processiones facere per Parochiam ad Curatos spectat.



**C**ontrouersias omnes de præcedentia, a qua per sepe cum scandalo oriuntur inter Ecclesiasticas personas, tam sæculares, quam regulares, cum in processionibus publicis, tum in ijs, quæ fiunt in tumulandis defunctorum corporibus, & in deferenda umbella, & alijs similibus, & Episcopus, amota omni appellatione, & non obstantibus quibuscumque, componat, & exempti autem omnes, tam clerici sæculares, quam regulares, quicumque, etiam monachi ad publicas processiones vocati, accedere compellantur, ijs tantum exceptis, qui in strictiori claufura perpetuò viuunt,

1. **V**ide *Iusc. de visitat. lib. 2. cap. 15. nu. 65. & 66. Menoch. conf. 126. num. 2. cum seqq. Quarant. in summ. Bullarij, verb. præcedentia, Valenz. conf. 1. vol. 1. Piafec. in praxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 48. Stephan. Gratian. Marchia decif. 232. num. 3. cum seqq. Mich. Aggia in tract. de exhibendis auxilijs fundam. 5. Valenzuela consil. 1. num. 5. cum seqq. & consil. 184. Lauret. de Franchis in controuers. inter Episcop. & Regul. cap. 6. vers. 2. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 42. num. 8. Sanch. in consil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 3. num. 11. nouissimè Tamburin. de iure Abbatum tom. 3. dist. 5. quæst. 11. num. 55. & num. 81. Perez de Lara de anniuersar. & capellan. lib. 1. cap. 24. num. 29. Campan. in diuersor. iuris can. n. rub. 12. cap. 12. & cap. 13. num. 117. cum multis seqq. Franc. Leo. in thesauro fori Ecclesiast. part. 1. cap. 8. num. 18. Mari. Anton. variar. resolut. libro 1. resolut. 112. cas. 35. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decif. 362. in 1. edit. alijs resolut. 308. in 2. edit. & in praxi aurea resolut. 101. & 103. vbi de intellectu Bullæ Gregorianæ Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarre. lib. 1. titul. 14. l. 24. §. 31. de processionibus. Erasim. à Cochier de iurisdic. ordin. in exemptos. part. 2. quæst. 45. num. 50. & num. 109. Hieron. Venero, & Leyua in examine Episcop. lib. 6. cap. 18. latissimè Salgado de protect. Regia. tom. 1. part. 2. cap. 9. metipsum de officio, & potest. Episcopi. part. 3. allegat. 78. num. 26. cum seqq. Rot. in Romana præcedentiæ 24. May 1600. coram Cardin. Lancelloto. & in Colonien. præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram Vbaldo. Circa præcedentias in superalibus late agit Iul. Laur. var. lucubrat. tom. 1. titul. 2. capitulo 3. ex numer. 207. Quis autem modus in controuersijs de præcedentijs componendis seruandus sit, declarauit Gregorius XIII. sua constit. incip. *Exposcit.* 15. Iulij 1582. quam referunt Quarant. d. verb. præcedentia pag. 396. alijs 404. in noua edit. Piafec. d. cap. 3. num. 48. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiep. Neapol. cap. 52. in fine. Salgado d. cap. 9. num. 26. & 27. & illius meminit Mich. Ferrus de præcedent. Ecclesiast. g. 16. num. 2.*
2. Pro præcedentia Episcoporum in Concilijs Provincialibus attendendum est tempus ordinationis, non autem dignitas Ecclesiarum, vel earum ordo, & præminentia. *Sel. in select. canon. cap. 13. num. 28.* vbi attestatur sic fuisse decisum sub die 19. Aprilis 1596.
3. Commendatarij monasteriorum, siue Abbatiarum in Concilijs Provincialibus sunt recipiendi inter Abbates, et sic Canonici Cathedralis sunt præferendi quando capitulariter procedunt, sed extra hunc casum Abbates titulatis, vel habentes vsum Mitre debent præcedere Commendatarijs, post hos locum obtinent dignitates, & post dignitates collocandi sunt procuratores Ecclesiarum cathedralium, refert decisum *Sel. d. cap. 13. num. 40.*
4. Societas sanctissimi Sacramenti in omnibus actibus diei festi Corporis Christi præcedere debet etiam in deferendo baldachinum, dummodo accedat ad alias processiones, ita Aldan. in compend. Canon. resol. lib. 1. tit. 23. num. 2. vbi testatur sic fuisse resolutum per S. Congregat. Rit. in Laudem. 12. Iulij 1628.
5. Collegiata insignis ab eius erectione præcedit alijs Collegiatis, quamuis antiquioribus, ex Aldan. d. loco. qui refert ita decisum per eandem S. Congregat. in Firmiana 24. May 1612.
6. Præcedere debent illis ex Fratibus Ordinis Minorum de Obseruantia, & Iesuatorum, quarum monasterium, seu domus eodem in loco prius extractum fuerit, Aldan. dist. titulo 23. num. 5. vbi dicit resolutum per S. Congregat. Episcop. 15. Iulij 1616. Et hoc iuxta Bullam Gregorij XIII. incip. *Exposcit pastoralis*, die 15. Iulij 1582. vbi inter alia statuitur quod inter Mendicantes præteritur & præcedit Ordo, qui prius monasterium habuit in loco differentia, cuius Bullæ meminit Valenzuela *consil. 1. nu. 78.* vbi subdit eam non habere locum in Religionibus non Mendicantibus. Et affirmat Gama *Lusit. decif. 1. num. 7.* quod non semel vidit Romæ in processione publica, in qua summus Pont. incedebat, vt Monachi, qui loca summo Pont. proximiora occupabant, cæteris præeuntibus anteferrj censerentur. Primum enim locum obtinebant Canonici Regulares S. Saluatoris in Lauro; secundum de Pace; tertium Monachi S. Pauli; quartum qui vocantur sancti; quintum sancti Petri in Vincula; sextum sancti Alexij; septimum sancti Dominici; octauum Seruiti. Deinde præibant Monachi S. Clementis, postea Carmelitani, deinde S. Augustini Obseruantes, postea S. Augustini, sanctæ Mariæ de Populo; Obseruantes S. Francisci. Item Claustrales S. Francisci; Capucini Franciscani; S. Stephani Rotundi, Sanctissimæ Trinitatis. S. Inofrij; Iesuati, quod an hodie ita obseruetur Romæ, nunquam obseruaui; adsunt tamen hæc de re plures sacræ Congregat. Rituum, & Episcoporum declarationes in occurrentibus casibus, quarum plures adduxi in tract. de iure Ecclesiastico vniuerso lib. 1. cap. 43. num. 183. cum seqq. Non desunt etiam nonnullæ sacræ Rotæ decisiones, quas transcripsit Tamburin. in fine tom. 3. de iure Abbatum decif. 110. vbi fuit tantum quod Oliuetani in locis vbi collegialiter viuunt, præcedunt Monachis Mopis Virginis viuentibus vti singulis, & priuatis, & decif. 111. quod Monachi Religionis posterius approbatæ collegialiter viuentes præcedunt Monachos alterius Religionis prius institutæ, viuentibus tamen vti singulis, & priuatis, & idem probat decif. 112.
7. *Qua per sepe cum scandalo oriuntur.]* Facultatem datam Episcopo in hoc decreto ad sedandas controuersias super præcedentijs ortas inter ipsos Regulares intelligi tantum, quando ex ipsis controuersijs requirit scandalum; non ita si illud non sequatur, existimant Decian. *consil. 63. num. 10. lib. 2. Cened. Canon. quæst. lib. 1. quæst. 26. nu. 17. Salgado d. cap. 9. num. 101.*
8. *Episcopus amota omni appellatione.]* Vide Fr. Emman. *quæstione Regular. tom. 3. quæst. 37. articulo 2. Piafec. dist. capitulo 3. numer. 47. versic. controuersias, Zerol. in praxi Episcop. verb. processiones, versic. ad tertium, Campan. dist. cap. 12. num. ultim. & dist. cap. 13. num. 120. Aloyf. Ricc. part. 1. decif. 90. num. 1.*
9. Procedere quoad effectum suspensiuum dumtaxat, asserit resolutum Salgado de protect. Regia. tom. 1. part. 2. cap. 9. nu. 99. & Armendar. d. tit. 14. l. 28. §. 31. nu. 10. quem refero Ego ipse d. allegat. 78. num. 26. & hoc decretum non tollere appellationem deuolutiuam, censuit Rot. in dist. Colonien. præcedentiæ, versic. non obstat. quod in Concil. impressa per Postum post suum tract. *mandati de manutenuendo decif. 32.*
10. *Componat.]* Breui scilicet manu, summarie, & de plano, & sine strepitu, & figura iudicij, prout decisum referunt Franc. Leo d. c. 8. num. 18. Campan. d. cap. 13. num. 120. Salgado d. c. 9. num. 15. Armendar. d. num. 10.
11. Obseruans, quod in Alma vrbe omnium magistra feruatur secundum Quarant. d. verb. præcedentia, & Piafec. d. num. 48.
- Et attendens consuetudinem loci, vt per Medic. *Marchia decif. 21. Seraphi. decif. 335 & 663. & 964. num. 1. Aloyf. Ricc. in collect. decif. part. 4. collect. 1169.* In materia enim præcedentiarum ius deferit consuetudini. Bald. in capitulo cum olim, numer. 1. & seq. de consuet. Felin. in cap. statutus, in princip. de matris. & obedienc. Card. consil. 62. num. 1. Dec. in l. cum quid, numer. 39. & ibi Cagnol. numer. 42. ff. si cert. pet. Rim. iun. consil. 95. num. 22. lib. 1. Nat. consil. 62. in fine. Menoch. consil. 51. num. 49. & consil. 126. num. 2. & 3. Caualer. decif. 649. num. 1. Campan. d. rub. 12. sub numer. 12. Molfes.



Mosfes. ad consuet. Neapolit. part. 1. cap. 5. sub num. 21. Salgado d. cap. 9. num. 18. Befold. in differt. iuridica politica de proced. & sessionis praerogatiuis cap. 3. num. 8. Valenz. tom. 2. consil. 201. num. 42. cum seqq. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 1. cap. 106. à num. 8. & tom. 2. cap. 298. num. 8. & tom. 3. cap. 590. num. 93. D. Conterol. de proced. num. 6. Mich. Ferr. de procedent. Ecclesiast. quest. 18. à num. 7. Tamburin. d. tom. 3. disput. 5. quest. 11. num. 81. & in fine tractatus decis. 1. numero 3. & sunt dictum in Seguntina precedentia 22. Iulij 1609. coram Cardinali. Pamphilio. & in eadem 8. Martij 1613.

12. coram bona memoria Vbaldo. & in d. Colonien. precedentia. Quod procedit etiam si confuetudo iuri repugnet. Menoch. consil. 51. num. 51. Seraph. decis. 964. num. 1. Gregor. decis. 124. num. 2. & 4. & ideo etiam si possessio sit contra Ius, est manentibilis, quādo est alicuius temporis considerabilis. Franc. in cap. ad decimas. num. 8. in 4. votabil. de vestitus. spoliat. in 6. Couart. in practic. cap. 17 sub num. 6. vers. quarto. Rot. decis. 534. num. 7. & decis. 595. num. 4. part. 1. diuers. & inter recent. decis. 685. num. 3. part. 1. Gregor. decis. 360. vbi adden. sub num. 10. & fuit dictum in Calciaren. decimarum 10. Iulij 1611. coram Cardin. Pamphilio iur. & in Queten. iurisdictionis 22. Martij 1626. coram Vbaldo. Tamburin. vbi supra.

14. Si autem nulla sit consuetudo demonstrans praelationem, nullamque quasi possessio precedentiae, quae etiam debet omnino attendi, tam in publicis, quam in priuatis processionibus, Perez de Lara de annuers. & capell. lib. 1. cap. 24. num. 26. Campan. d. c. 12. num. 12. Salgado d. cap. 9. num. 19. tunc antiquiores Confraternitates, & quae prius factis vix fuerint, mento praeferendae sunt. Gratian. dist. decis. 232. num. 2. Perez de Lara d. cap. 24. num. 27. Zerol. d. verb. processionis. vers. ad tertium. Campan. d. cap. 12. num. 12. vers. sed cum in processionibus, Salgado d. cap. 9. num. 26. vbi num. 27. subdit idem esse tenendum inter Religiones, & num. 29. cum seqq. ait constare ex dicta Bulla Gregorij, vt inter Mendicantes, quasi possessio precedentiae attendatur, sin minus de hac quasi possessione constiterit, illos praefereudos esse, qui prius in illa ciuitate, villa, seu loco suum monasterium habuerunt, & num. 34. concludit, quod si de prioritate, vel posterioritate non constiterit, digniores praefereudos esse.

16. Decretum in praesenti cum supradictis resolutionibus esse extendendum, & intelligendum in quibuscunque Confraternitatibus, etiam locorum, vt in eis ordinarius Ecclesiasticus possit pariter componere controuersias & tumultus incidentes, & contingentes, & quod inter eos definitur esse appellatione remota executioni mandandum, resoluunt Gutier. canon. lib. 1. cap. 35. Gratian. d. decis. 232. num. 1. Zerol. d. vers. ad tertium, Perez de Lara d. cap. 24. num. 29. & 31. Campan. d. rubr. 12. c. 13. num. 112. Salgado d. cap. 9. num. 21.

17. Exempti autem omnes, &c.] Exemptos omnes tam seculares, quam Regulares quoscuque, etiam Monachos ad accedendum ad publicas processionis compelli posse, tradunt Marc. Anton. Cuch. in inst. maior. lib. 2. tit. 1. nu. 55. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 3. quest. 11. num. 18. Franc. Leo in thesauro forens. Ecclesiast. part. 1. cap. 8. num. 18. Stephan. Gratian. Marchia decis. 232. Perez de Lara de annuers. & capellan. part. 1. cap. 24. num. 14. Campan. d. rubr. 12. cap. 13. num. 117. Cened. canon. quest. lib. 1. quest. 26. num. 15. laicè Salgado d. cap. 9. num. 102. cum seqq. Fule. de visitat. lib. 2. cap. 8. num. 12. & cap. 15. num. 64. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. processionis, §. 2. Fr. Emman. quest. Regular. 10. 3. quest. 36. arr. 1. Mari. Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. 103. num. 16. Ego ipse d. alleg. 78. num. 8. Lezana in summ. q. Regul. cap. 9. num. 47.

18. Regulares quantumuis exemptos teneri accedere ad omnes, & quascunque processionis publicas, & consuetas, aut indictas pro bono publico, aut honore, resoluunt Fr. Emman. d. arr. 1. Franc. Leo in thesauro forens. Ecclesiast. part. 4. cap. 2. num. 143. Vgolin. de officio Episcop. cap. 20. §. 2. num. 4. Erasim. à Cochier de iurisd. ordinari. in exemptos, par. 2. q. 45. num. 109. Armendar. d. loco num. 15. Ego ipse d. alleg. 78. num. 14. Valenzuel. consil. 1. num. 4. & 5.

19. Regulares, qui non accedunt ad processionis ab Episcopo indictas, ab ipso puniri posse per censuras, & pœ-

nas arbitrarias, quas supra memini num. 1. referunt decifum Perez de Lara d. cap. 24. num. 14. Zerol. part. 1. verb. processionis. §. 1. vers. ad secundam. Cened. d. q. 26. num. 16. Salgado d. cap. 9. num. 109. Aloyf. Ricc. in praxi rerum forens. Eccles. resolut. 308. num. 5. & 6. & in praxi aurea resolut. 210. nu. 1. vers. secundo, Armendar. d. §. 31. de processionibus num. 7. Stephan. Gratian. Marchia decis. 232. nu. 15. Lauret. de Franchis in controuers. inter Regulares & Episcopos quest. 6. vers. secundo fallit, Ciartin. controuers. forens. lib. 1. cap. 50. num. 21. Sacra Congregat. Rit. in Ferrarien. 27. Iulij 1609. & in Toletana 4. Iulij 1615. Ego ipse d. alleg. 78. num. 25.

Contra Henriq. in summ. lib. 7. cap. 25. §. 7. Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 74. num. 4. Sanchez de matrimon. lib. 7. disput. 33. num. 23. Villalob. in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 5. nu. 17. Portel. in addit. ad dub. Regular. verb. Episcopos num. 5. & verb. processionis num. 1. Hieron. Roder. in compendio q. Regular. resol. 118. num. 1. Scott. in Bullis selectis, theorem. 393. vers. si autem, Laurent. de Peirinis p. 1. Ritualis notab. & to. 1. in Constitut. sui Ordinis Minimor. constit. 2. Sixti IV. nu. 60. Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. disput. 19. q. 7. nu. 7. Diana moral. resolut. p. 3. tract. 2. resol. 76. existimantes ab Episcopo censuris distringi non posse.

Monachos, seu Regulares degentes in monasterijs, quae per dimidium miliare distant à ciuitate, non teneri, nec ab Episcopo compellendos esse accedere ad processionis, referunt decifum Aloyf. Ricc. d. resol. 308. num. 2. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 3. num. 47. in fine, Vgolin. d. cap. 20. §. 2. num. 5. vers. secundo, Armendar. d. loco num. 11. & 14. Ego ipse d. alleg. 78. num. 21. Salgado d. c. 9. num. 104.

Nullae immunitates Religionis Hierosolymitanae obstant quominus eius Sacerdotes inferuentis Ecclesijs vocari debeant ad processionis, ac nisi accedant etiam compelli, prout dicit decifum Armendar. d. loco num. 5. quem refero Ego ipse d. alleg. 78. num. 11. Cened. dist. q. 26. num. 17. Salgado d. cap. 9. num. 103.

Clericos omnes diocesanos quantumuis exemptos, etiam beneficia simplicia in diocesi obtinentes, vel officia, puta si deseruiant pro Capellano etiam in Ecclesijs exemptis, posse per Episcopum compelli ad processionis accedere, refert decifum Aloyf. Ricc. d. resol. 307. num. 3. & in collectan. decis. part. 4. collect. 382. in princ. Salgado d. cap. 9. num. 107.

Episcopum posse cogere Canonicos, & alios Presbyteros, beneficia, vel officia, ecclesiastica obtinentes, vt accedant ad omnes, & quascunque processionis publicas, vel indictas pro bono publico, vel honore, dicit resolutum Armendar. vbi supra num. 13.

Sub hoc decreto non comprehendi eos, qui sunt nullius diocesis, resoluunt Franc. Leo d. cap. 8. num. 18. & refert decifum Armendar. d. loco num. 10. Salgado d. cap. 9. num. 105.

Nec quoque comprehendi degentes extra ciuitatem in locis, in quibus habent plebem, quia cum illa plebe debent facere processionem, vt post Franc. Leo, assentit decifum Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 12. capitul. 13. num. 117.

Confraternitates laicorum inuitari, non autem compelli posse vt vadant, referunt decifum Piafec. d. cap. 3. num. 32. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. cap. 63. num. 7. Sayr. in florib. decis. sub tit. de offic. Ordin. decis. 5. Campan. d. c. 13. num. 122. Armendar. d. loco num. 10. in fine, Stephan. Gratian. Marchia decis. 132. num. 6. Perez de Lara d. q. 26. num. 16. & 17. Salgado d. c. 9. num. 110. Vgolin. de offic. Episcopi cap. 11. in princ. num. 6. Carol. de Grass. de offic. cleric. effect. 1. num. 613. Hieronym. Venero, y Leyua d. cap. 18. & 22. Ego ipse d. alleg. 78. num. 24.

Confratres ad conueniendum solitis processionibus compellere potest Episcopus sub poenis arbitrio illius, maxime stante possessione illos vocandi per edicta, vt per Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 2. titul. 8. numer. 12. vbi refert decifum sub die 21. Ianuarij 1622. & 8. Maij 1627.

Societates possunt compelli accedere ad processionis sanctissimi Sacramenti in Plebana, vel Parochiali, sed monenda prius, & à poenis in principio abstinendum,



ita Sel. in *seleſt. Canon. cap. 110. nu. 8.* vbi attestatur reſolutum in *Florentina 13. Nouembris 1627. & 18. Februarij 1628.*

29. Fratres Prædicatores debent manentem ab Episcopo in sua possessione circa processionem sanctissimi Sacramenti per ipsos faciendam Dominica infra octauam corporis Christi, Sel. d. cap. 110. num. 10. vbi attestatur sic fuisse decifum per Sac. Congregat. Rituum in *Brun- dusina de anno 1624.* Et illis non licet in processione sanctissimi Sacramenti, quam faciunt in Dominica intra octauam Corporis Christi, mutare, aut variare vias, & loca, per quas processionaliter prima vice incesferunt, quando dictam processionem facere ceperunt, Sel. d. c. 110. num. 11. vbi dicit decifum per eandem Sac. Congr. in *Macerana 10. Iulij 1629.*

30. Monachus curam animarum exercens in Ecclesia parochiali vnita monasterio Ordinis sancti Benedicti Curien. diœcesis, cogi potest ire ad processiones, Aldan. d. tit. 8. num. 14. vbi refert decifum sub die 5. Aprilis 1631.

31. Fratribus non licet Feria 5. in Cœna Domini, nec in festo corporis Christi facere processionem cum sanctissimo Sacramento post Vesperas extra eorum Parochiam, vt per Aldan. d. tit. 8. nu. 16. vbi refert reſolutum per Sac. Congregat. Rit. in *Aretina 11. Decembris 1613.*

32. Monachi sanctissimæ Trinitatis Cauen, quorum monasterium est immediatè subiectum Sed. Apostolicæ, non possunt ex hoc decreto cogi ad processiones, tum quia nullius, tum quia non possunt diei exempti qui nunquam subditi fuerunt per pactum confirmatum à Sede Apostolica, quod non tollitur cap. 22. hac eadem sess. ita Aldan. d. tit. 8. num. 17. vbi dicit decifum sub die 13. Augusti 1579.

33. Et quod Religiosi, & personæ Societatis IESU ad publicas processiones accedere non cogantur, statuit Gregorius XIII. in sua constit. incip. *Quæcunque sub dat. 16. Iulij 1576.* est in *Bullario nouo tom. 2. pag. 404.* de qua meminit Sanch. in *consil. moral. tom. 2. lib. 6. cap. 9. dub. 3. nu. 12.* vbi aduertit ex *Henriquez lib. 7. de Indulg. cap. 26. num. 3. & 4.* quod per hoc Religiosi Societatis IESU aliquando ad processiones factas ad publicam & grauissimam causam accedant sponte & non compulsi ab Episcopo, non censentur renuntiare huic priuilegio, licet expediret vt coram Notario in forma Collegij protestentur se accedere saluo priuilegij iure: & addit ad renuntiandum priuilegio Religiosi concessio, requiri vt ea Religio permittat illos actus per 40. annos.

Clerici Regulares Congregationis S. Pauli Decollati ad processiones, & actus publicos accedere non coguntur, vt indulget Sixtus V. constit. sua incip. *Rationi, sub dat. Kalendis Maij 1585. in Bullario nouo tom. 2. pag. 490.*

34. Clerici Regulares Matris Dei scholarum piarum sunt exempti ab accessu ad processiones, Aldan. in *comp. Canon. reſolut. lib. 2. tit. 8. nu. 13.* vbi attestatur ita fuisse decifum sub die 12. Maij 1629.

35. Episcopus, qui est in quasi possessione per edicta pœnalia monere Confratres laicos disciplinantes, ac per penarum exactiorem, & alia Canonica, & opportuna remedia cogere eosdem ad conueniendum solitis processionibus, est manutenendus, Sel. d. c. 110. num. 20. vbi dicit reſolutum in *Papien. 21. Ianuarij 1623.*

36. Episcopus potest præcipere Regularibus in sua diœcesi commorantibus, vt eant ad processiones publicas, vt in festo Corporis Christi litanij, & Iubilæis publicis faciendis, dummodo processiones sint eius generis quæ comprehendantur in Bulla sanctæ memoriæ Pij V. incip. *Et si Mendicantium,* & dummodo Regulares non sint ex illius Conuentibus, Collegijs nuncupatis, quæ in eadē Bulla excipiuntur, vt per Aldan. d. tit. 8. nu. 25.

37. Beneficiati non tenentur, nisi ad eas processiones, ad quas reliqui omnes tenentur accedere, vt per Aldan. d. tit. 8. nu. 26. qui refert ita decifum in *Brisien. 8. Augusti 1621.*

Clerici seculares alicuius Ecclesiæ in fundatione illius exempti à iurisdictione Ordinarij, intra cuius diœcesim existunt, possunt ab eodem Ordinario compelli accedere ad publicas processiones ex hoc decreto, & cap. 22. hac eadem sess. vt per Sel. d. cap. 110. num. 25. vbi ait sic fuisse reſolutum sub die 21. Martij 1602.

Processionibus interesse non sunt ab Episcopo compellendi Sacerdotes nullum officium, aut beneficium ecclesiasticum in ciuitate, vel diœcesi obtinentes, Sel. d. cap. 110. nu. 28. referens ita decifum 9. Maij 1597. & 16. Februarij 1632.

38. 39. 40. Ad publicas processiones, &c. Illas scilicet, quæ sunt in Litanij maioribus, atque minoribus, vel pro bono publico, vt imminente peste, alioque flagello, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo sanctissimi Corporis Christi, & quæ Episcopo videbuntur, aut illo absente eius vicario generali, Priuata verò sunt, quæ à Capitularibus, & Clericis Cathedralium tantum sunt, ob aliquas causas, vt reſoluit Prosp. de Augutt. in *addit. ad Quarant. verb. præcedentia Aloyf. Ricc. d. reſol. 308. num. 7. & in decif. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decif. 379. num. 3. Vgolin. d. §. 2. num. 6. Campan. d. cap. 13. num. 118. Armendar. d. loco nu. 3. Ego ipse d. alleg. 78. num. 2. Valenzuel. conf. 184. num. 25. & 26. tom. 2.*

Processiones dirigenda sunt, quò voluerit Episcopus cum consilio Capituli, ad eundem enim cum eodem consilio spectat rationem processionum præscribere, nam eas per se solum indicere, & dirigere non potest, ita referunt decifum Franc. Leo in *thesauro sori ecclesiast. part. 4. cap. 2. num. 145. Armendar. d. loco nu. 2. Aloyf. Ricc. Neapol. decif. part. 4. decif. 379. num. 4. Ego ipse d. allegat. 78. num. 4. Valenzuel. conf. 184. num. 23. volum. 2. & numer. 31. & 32.*

Processiones edicere, decretare, dirigere, atque deducere Episcopi est, de consilio tantum Capituli non autem consensu, quòd in omnibus processionibus seruari debet, Aldan. d. tit. 8. num. 30. vbi refert sic fuisse reſolutum per Sac. Congregat. Rit. in *Elboren. 28. Martij 1628.* Quicquid dicat Valenzuel. d. conf. 184. num. 46. cum segg.

Processiones publicas edicere, & dirigere spectat ad vicarium generalem, absente Episcopo cum consilio Capituli, prout possit Episcopus si presens esset, vt per Armendar. vbi supra num. 3. quem refero d. alleg. 78. num. 5. Aldan. d. tit. 8. num. 31. vbi attestatur sic fuisse decifum in *Viglien. 28. Septembris 1630.* de hoc Aloyf. Ricc. in *decif. Curie Archiep. Neapol. part. 4. decif. 389. num. 4. Valenz. d. conf. 184. num. 24.*

Processiones dirigere, & eas determinare, quæ non sunt de iure, spectat ad Episcopum, non obstante, quòd Capitulum, vel alij sint in quasi possessione contraria per longum tempus, Aldan. d. tit. 8. num. 32. vbi attestatur reſolutum sub die 16. Februarij 1619.

Processiones dirigere à quocunque loco disceserint, & iuerint, pertinet ad Episcopum, non obstante etiam immemoriali consuetudine, ex Sel. d. cap. 110. num. 31. vbi ait decifum in *Camerinen. 24. Augusti 1619.*

Processiones facere per parochiam ad Curatos spectat, & sine eorum consensu nullus etiam Regularis illas dirigere valet, ex Sel. d. cap. 110. num. 32. vbi dicit ita fuisse reſolutum per S. Congregat. Rit. in *Hiskalen. 26. Februarij 1628.* Et non licere Regularibus processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum, refert decifum Laurent. de Peirinis in *constit. sui Ordinis Minimor. tom. 2. constit. 7. Pij V. num. 13. vers. ad 8. pag. 193.* & sic obseruari vidisse testatur Campan. d. cap. 13. num. 118. in fine, & reſoluit Diana moral. reſolut. p. 3. traç. 2. reſol. 77. vers. non reticentur.

Ego ipse d. alleg. 78. num. 7. vbi ex Laurent. de Peirinis citato loco, refero posse processionem Rosarij fieri per totam ciuitatem, si ita habeat consuetudo à decem retro annis seruata.